



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Decimarum non solutio perniciosa sacrilegium reputatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

sum, peccatum est: quia plus quam recta ratio dicitur, appetitum cognoscendi protrahit. Non est autem mortale peccatum si nuda sit, hoc est nisi ex adiuncto fiat mortalis, ut si curiositas intantum exorbitet, ut dæmonibus uti velit magistris, vel ad periurium seu perfidiam inducere velit habentem aliquid in secreto, & sic de aliis, quæ possunt adiungi criminibus trahentibus curiositatem ad peccatum mortale.

Decimarum non solutio perniciofa sacrilegium reputatur.

Decimas solvere omittens ubi consuetum est solui, peccat mortaliter peccato sacrilegii: quia non reddit debitas res Ecclesiæ, cui tenetur reddere de necessitate salutis, constat enim hoc ex suo genere esse peccatum mortale, & sacrilegium, nisi propter imperfectionem actus, ut in aliis contingit. Vbi autem non est consuetum solui decimas, non peccat omittens solvere, salva tamen cura pastoris sui, ut habeat unde viuat honestè, si non habeat redditus unde viuere, secundum quod sibi congruit, possit: quia ad hoc pro sua rata quilibet ei subditus tenetur, nulla ipsi consuetudine suffragante.

Defensio manualis immoderata, vitiosa est, moderata verò permittitur.

Defensio manualis illicita dupliciter redditur. Primum, ex intentione, si scilicet, animo lædendi offensorem sit. Nam defensio debet esse suo fine contenta, scilicet ut defendat: præter intentionem defendentis, si aliter non potest defensio fieri, nisi lædatur inuasor, debet illi lædere: ita quod læsio sequatur ex necessaria defensione. Et hinc peccat mortaliter,